

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 1: De superbia (4)

Ysidorus:

Omnis peccans superbus est,
eo quod faciendo vetita, contemptui habet diuina precepta.
Rite ergo: Inicium omnis peccati est superbia,
quam nisi precesserit mandatorum dei inobedientia,
transgressionis non sequitur culpa.

Omnis peccans superbus est
eo quod faciendo uetita contemptui habeat diuina praecepta.
Recte ergo *initium omnis peccati superbia,*
quia *nisi praecesserit mandatorum Dei inobedientia,*
transgressionis non sequitur culpa.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.38.2 (CCSL 111,
P. Cazier ed., p.168, ll.10-14).